

*Cinamom.* ℥j. *Aloës hebat.* ℥. *℞ myrrh.*  
*rubr.* ℥ij.

*Manne thuris* ℥℞. *succin. flav.* ℥v.

*Sandalorum omnium* ā ℥ij.

Centundantur in minutum Pulverem S.  
Pulver zum Balsamiren.

## CAPUT XXXII.

## CUM USU JUNIPERI OECONOMICO CONCLUDIT.

U Sus Juniperi soli pharmacix se includi recusat, sed patrifamilias quoque *U sus Juni-*  
& œconomix auxiliatrices suppeditare *p eri œco-*  
vult palmas, cui tam prodest, quam eun- *nomicus.*  
dem delectat, ideoque paucis usum œconomicum *Juniperi* delineabimus.

1. Conducunt *bacca Juniperi* ad saporem carnis ferinx emendanda si illa Aceto & *iisdem* condiatur, eamque diu à corruptione præservant.

2. Saporem quoque emendant *Brassicæ capitata* eandemque ne putrescat, prohibent.

3. Crudâ & incoctâ *brassicâ capitata* qui delectantur, illos hoc jusculi genus eidem affudisse vidimus.

℞ *Vini rubri* q.v. *Sem. cumin. fruct. acad.*  
*nostr.*

*Bacc. juniper. aceto macerat. qf. Si-*  
*nabeos qf. ad gratum saporem.*

4. Vinum à corruptione *Radix ju-*  
*niperi*

Bb

niperi

*Juniperi* præservare dolio vel per se, vel ad-  
ditis lupulo, sem. arthemif. flor. laven-  
dulæ, inclusa dicitur, baccaque vitio-  
sum vini saporem corrigere creduntur.

5. Cerevisiæ saporem à dolio con-  
tractum sequentia mutare & emendare  
ajunt hujus rei periti.

℞ *Ov. ad duris. cost. num. ij. vel iv.  
vel q.v.*

*Bacc. juniper. Rad. angel. caryophyllat.  
à qf.*

Misc. & Cerevisiæ indantur.

6. In hypocausto muscis nimium  
referto si fumus *ex fruticibus ligno & baccis  
Juniperi* excitetur & per noctem in hypo-  
causto optimo clauso relinquatur, fu-  
mum illum omnes muscas occidere asse-  
rit *Conrad. Kunrath. medull. destill. p. 240*  
Et hæc de Junipero sufficient.

*Conclusio.*

Ad portum ventum est! placido stant  
littore puppes

Velaque contrahimus tensisque ad sive-  
ra palmis

Jam dignas grates, TIBI, nunc per solvi-  
mus imo

Pectoris ex fundo terræque poli que Mo-  
narchæ,

Quod nostris precibus venerandum ad-  
scribere FIAT

Dignatus fueris, nam TE DUCE & AU-  
SPICE solo

Inge-



Ingenii tenuem modò per vasta æquoris  
arva

Artis Apollinæ cymbam perducimus  
atque

Jam calamo mentis nostræ sensa addere  
doctis

Artificum inventis, viresque & commo-  
da acutæ

Juniperi licuit scrutari & sistere mundo.  
Alter nunc instat cursus discrimine pleny

Navi huic, dum pontum, qui omnem  
complectitur orbem,

Pontum tam per docti orbis, per currere  
debet,

Et sic per medios scopulos variasque  
procellas

Judicium lustrare vias: Hæc tanta pe-  
ricula

Navis ut effugiat TE, quæsumus, Ar-  
gonauta

Omnipotens faxis, scopulis ne illisa pe-  
rire

Cogatur, faxisque hæc ne sine scænore  
multo

Ad patrias redeat terras laudisque de-  
core,

Nominis imprimis divini artisq; meden-  
tum.

Sis porrò & nostræ puppisque & prora  
salutis

Nostraque pro voto clementer cæpta se-  
cundes

B b 2

Et

Et Zoilum avertas virosæ scommota  
linguæ

Sub clypeoque Tuo ferves nos vindice  
dextra,

Sic in Te toti sperantes nulla pericla  
Nullos latratus momorum, ut Cynthia  
clara,

Curamus, nullâ curarum mole grava-  
mur,

Sed læti auxilium Divum cantamus in  
ævum.

F I N I S.



INDEX.